

* * * * * * * * *

Merita Ducum Saxoniae, stirpis Ernestinae, quibus sanctam religionem & elegantiores litteras harumque officinas ornarunt, tanta sunt, ut grata posteritas satis laudibus illa extollere nequeat. Sub Ducum & Electorum Ernestinae stirpis praesidio sacra emendata fuisse feliciter, & puritatem sacri evangelii nobis restitutam esse, post perillustrem *Vitum Ludovicum de Seckendorf* nostro aevocopiose demonstrarunt *Jo. Joach. Müllerus, Jo. Casp. Funckius, Wilh. Ern. Tenzelius, Christ. Aug. Saligi-
gius, Ern. Sal. Cyprianus & Phil. Frid. Hanius.*

§. II. **JO. FRID. MAGNANIMVS**, cuius magnitudinem animi frangere nihil poterat, amissa academia *VVittenbergensi*, novum religionis purioris bonarumque artium asylum condidit *Jenæ*, ibique vagis & dissipatis Musis sedem mancipavit: quam illustrem academiam hodie edictis, curis & consiliis suis praeclare suffulciunt *Nutritores & Serenissimi & munificentissimi*, ita, ut in omnibus ordinibus doctores eam hodie illustrent immortalibus digni laudibus. Alunt hi etiam, una cum regia & electorali **AVLA DRESDENSI**, *Gymnasium Schleusingenense* liberaliter.

§. III. Magnanimi posteros egregie de religione & optimarum artium disciplinis fuisse promeritos,
b. Jo.